

**I**ncepit tractat⁹ de eruditōne confessorum Mgr⁹  
Joh⁹ Gerson. Cancellari⁹ parisieñ.

**H**Si virt⁹ quā assuetatio gingmē  
certius q̄ ars op̄e. nō m̄chil tamē  
p̄dest artis tr̄dicō apud eos q̄ non  
dū p̄feci sūt in virtute. hoc in arte  
quōlib; p̄spiciū est. Et qm̄ ars arcū ē regimen  
aiaz p̄serti in confessioib; audiēdis. Studiū q̄ sclā  
gnales oſideācōes tradē breuīt & distinc̄tē. q̄s  
ē p̄ficias expientia docente agnoui. Induxit  
hoc agē me nō mediocter. q̄ paucos hattenuis  
rep̄i q̄ p̄fecte vñq̄ & integrē confessi fuerūt. causa  
exīte i multis vñ negligētia vñ igratia confessor⁹

**P**RIMA oſideātio p̄uidat ante omia confessor⁹  
pur⁹ ē q̄ purgādis aiabus īmūgilat. Spē  
quoq; sui laboris et proficiendi circa alios. nō  
in propria. s̄ diuīma virtute reponat. Memine  
rit iugiter. quoniam neq; q̄ plātat neq; q̄ rigat  
est aliquid. sed qui incrementum dat cr̄stus.  
Et q̄ m̄si spirituſſandus cordi assit audientis  
īmuanum laborat līngua loquentis. Oret igit̄  
crebro prout sapiens de corporali medico con  
fūlit. quatenus dirigatur opus suum a deo ut  
eiusdem virtute roboretur et crescat. Secun  
da collocet se confessor in arte seu speculo rati  
onis abstrahens semetipsum quantum potuerit

ab homine exteriori tam in se quam in aliis ut spū  
ambulet et non carne ne forte illeat formis cor  
porum fiat ipse laqueus pditionis sibi h̄i totus  
in anima prospicienda qualitate spiritualiter  
invigilet. non attendes discretionem seruū vel  
formarum. Alioquin quid ei proderit si vniq̄  
sum mundum lucretur. anime vero sic detinē  
tum paciatut. **T**ercia cōplete erga quemlib;  
sibi cōfidentem sollicitū confessoris officium n̄l  
precipitanter aut in solo transcurso volans sed  
morositate pugili. omnia plene examinans di  
judicans qz. memorie quoqz cōfidentis que di  
cenda imponenda re fuerint. ea diligenter repeti  
tione reponēs infigat. Quippe eligibilis ē pau  
tos audire complete quam multos impfecte. cum cō  
scientiarum scrupulis non tā expedire quam impe  
ditos plerumqz relinqueret. imitetur in hoc deū  
cuius pfecta sunt opera. Mallem namqz si cura  
tus essem multoz differre cōfessiones post pa  
scha. etiam ubi quida; non redirent quam qz cecos  
cecius seducerem dum p vere absolutis ipsi nō  
redire absoluti se gererent. **Q**uarta ostendat cō  
fessor in operibus nichil in confessi querere nisi  
salutem animarum suarum et solutionem liberā  
a laqueis peccator. ita nichil questus redolens  
gratis accepit. gratis det nichil ad mūdanam  
ostendat gratiā. pauperib; eque sicut diuitib;

se tradat et offerat turpibus et pulchris inde  
dis ut doctis. nisi forte pro quanto maior inde  
fructus honoris dei speraretur. proderit supra  
modum huc sinceritas recte intentionis magis  
aliquis spiritualis fieri. eo etiam populi corda  
virtuosius ad se tribuit. **¶** Quinta expedit ut con-  
fessor zelans animas obtineat a prelato subdi-  
torum suam in casibus reseruatis potestate seu  
relaxacionem. precipue ubi sunt casus publici et  
scandalosi. Reperiuntur itaque paucissimi qui non  
inciderunt in aliquem talium casuum qui omnium  
ter reseruantur. Scientes vero ipsi confessi seip-  
sos non debere remitti deinceps ad alterum libe-  
tius et ceterius omnia detegunt. Confessor etiam  
similiter eos presumit liberius interrogare de  
singulis plenis quoque sanare simul et semel ipsos  
absoluendo ostendit. **¶** Sexta sciat confessor oia  
peccatorum genera et species tanquam medicus doc-  
tissimus spiritualium egreditur. Preterea quater hoies  
diuersorum statuum et variorum officiorum petere possunt  
nullatenus ignorent. Et quodque ad huc cognoscenda  
facili sunt tractatuli. Attamen aliquantum sunt que non  
tuto committuntur scripto aut verbo publico propter  
euangelium quodam scandalum. Si ea secrete discant  
ipi quorum intentus hoc non nescire sic medicos moebet  
cum valetates queat non ignorare. Aliter neque quo  
pacto sibi confessos prudenter ac diligenter interrogabit

Instruetq; confessor ad suorū rememorationem  
criminū hoc maxime est in peccatis carnis extē  
ordinarīs qualia exptum est vix vñq; dīcī in  
confessione a culpabilibus in eis nisi cautissima  
arte premoneantur. interrogentur capiāturq;  
**E**t certe necesse est. ut confessor habeat artq;  
hanc obsecrandi alias in cantandi spirituale  
ad educendū colubrum talē pestiferū tortuosū  
et virulentum ab anima ipsius. aut ipsa sine du  
bio peditabitur. et ut crebrū eñno morietur.  
**N**ec reputo audiendos in hac re eos qui nichil  
interrogandū aut inquirēndū esse dicunt  
a confessi presertim cum hoc ipsum velint req  
rantq; confessi. Alioquin non satis cōfūlitur ve  
recundie ignorantie. et fragilitati peccantū. nec  
impletur illud scripture. Alter alterius onera  
portate et similia. **S**eptima cōiecturet confessor  
post interrogationes quasdam pambulas sup  
estate statu. cōdicōne studio vel officio confessi  
**V**trū ipse verecundus sit et nimio pudore detēt  
quia forte puer est vel femina vel exilis oplexio  
mis. Apud tales per ceteris persuadendum est pri  
mitus et figendum in animo quemadmodū con  
fessio secretissima est. et omiscenti deo magis q;  
peccata sua. sed ad evitandū et absoluendū et  
homī fit. non ad reuelandū aut accusandū quis  
ppetuo quietandū. **M**allem confessorem mori

q̄ aliquid dicendorum detegere. Tollat igitur omnem talem suspicionem nec reformident q̄ propter etiam dicenda cōfessor sit eos postmodum habiturus odio. aut contempturus. aut accusaturus ymmo tenerius eos diliger sicut filios carissimos a q̄ sue fidei se totos omiserūt

**¶** Octaua laboret confessor presertim erga iuuenes a puulos habere confessionem eorum generali quia vir aut nunquam integrē confitentur nisi forsan predicti a tali confessore qualem de scribimus quoniam etiam illud esse utile apud grandeos rurales a simplices a feminas. qd si non possunt leuiter induci ad hoc poterunt ab eis fieri interrogations tales. **V**trum facta ē talis conscientia de talibus peccatis a de talibus a de tali etate a de societatibus talibus. **E**t secundum responsiones poterit animaduertere prudens confessor si plena fuerit talis confessio. **E**t si non tunc inducatur eam perficere. **¶** Nona p̄caueat sumo p̄e confessor ne sit austerus ab iniicio tristis arigidus mox enim claudetur os obstinati peccatoris primo sit affabilitas locutus etiam aliqui si itares exigat super non peccatis quo usque familiaritas quādam tracta sit. de hinc ostendat quātū iniquitatis est a ypoerisis pessime quād p̄ velle celare in confessione corā deo a quēadmodū hoc agere ē seipm̄ turpiter fallere ē quoque melius dicat

si non confessus abscedere velit q̄ fingete confessi  
onem imperfectā **¶** decima querat sacerdos a cō  
fidentibus. nōne velint expurgari penitus ab oī  
suo crīmīne. **Et** q̄ nisi hoc velint. fas habet rece  
ndi ne tempus īcassum ymo noxie detineāt  
si volunt. debent iauare se a hoc melius a celeri  
fieri nequit q̄ ad interrogata veritatem ple  
nam responderint. **Si** vero deprehendūtur velle  
mentiri a se celare ut sepe fit. per discretū cōfesso  
rem coarguantur vehementer et acriter et con  
pellantur veniam statim querere sup h̄mōi mē  
datiō. quod postq̄ fecerunt. rursus blande et  
leūter moneantur nichil dēinceps mētiri aut ce  
lare. **Si** vero bis aut ter rursus mentiri fuerint  
poterunt remitti a differri usq; ad tēpus alterū  
in iungendo ut melius sibi p̄uideant. sepe fit ut  
in altera confessione libentius apperiant omia  
dum putat mēdatia priora magis imputanda  
eis in īaduentiā q̄ in maliciam **¶** Undēci  
ma applaudat confessor dicentibus veritatem  
super delictis suis. q̄tō magis enorūissima et ab  
hominanda videbuntur. Collaudentur de veri  
tate de religione de timore dei de zelo ppter salutē  
de confidentia ad sacerdotem et cōsimilibus. **Et**  
q̄ audacter pergat ad alia mil hesitantes. fit ali  
qñ non īutilis questio. si fuerint alias de tali  
bus confessi. **Et** si non. qualiter īde apli<sup>9</sup> nūc

loqui debeant et deo grācias agere qui talem tri-  
buit voluntatem et oportunitatem. Conuenit  
quoz ut per confessorem grācias presentialiter  
agere moneantur. postmodū tendant ad alia  
**¶** Duodecima iubeat confessor ne confessi crimi-  
na detegant aliorum nominando eos vel signis  
certis notificando. nisi forte peccata talia sint. q̄  
nullomodo aliter possunt aperiri. ut si sororem  
vnicam frater male cognouerit. Aut vir uxore  
non sit preterea curiosus in inquirendo p̄ticulari-  
tes circumstancias peccatorum que non multū  
augent vel variant grauitatem in eis. quoniam  
nasceretur inde aliqui vel temptatio periculosa  
vel turpitud nimia. aut hispicio retardativa co-  
fundit. Nichilominus utile iudicamus pro sere  
natione consciarum illoꝝ qui offiterent quia for-  
te postmodū grauioribꝫ vegetetur stimulis q̄si  
non bene integrē peccata sua confessi fuissent  
ut plenus explicent omnia q̄ptum et quo usq; in  
dicauerit confessor expedire. **¶** Terciadēcima  
aggrauet et reprehendat acriter ipse confes-  
sor peccata enormia postq; ista plene congo-  
uerit et ostendat quanta punitione peccatori co-  
fingē possit ad uegādum iā confessā sic pluries fie-  
ri reptū ē etiā post offissioꝫ opletā p̄pus idcirco  
habeatur certissima explicatio peccatorum. De  
mīq; quicquid in confessione dixerit sacerdos

fit ipse semper in fine mansuetus atque benignus  
infundens oleum consolationis et compassionis et  
bonae spei. Potest insuper aliquando dicere confessor  
ex quo talia et talia confessus es. que fuit gaudi  
firma. noli deinceps celare aliud. sed omnia dic ut  
te simul expediatis. ¶ **D**ecimaquarta. confessor  
in inquisitione peccatorum et specialiter peccati  
carnalis quod a multis cum summa difficultate  
potest extorqueri. Primo pedentem et a gene  
rationalibus incipiat et que nullam aut paucam  
videtur includere culpam. quia si peccator vult  
mentiri aut fugere. sepe deprehenditur per talia  
que naturaliter accidunt omnibus aut rarissime  
repitur opositum. qualia si statim neget. ostendat  
eum timere dicere grandiora. Hoc modo noui  
plures fuisse deprehensos. qui interrogantibus ne  
gabant se unquam passiones membrorum pudendi ha  
buisse calefactionem. vel pruritum vel erectionem  
qualemcumque. vel temptationem. vel cogitationem  
malam de quacunque muliere. Et dum comici  
fuerant de hoc mendaciam. querebat nonne illud  
erat turpific dimittere. quid agebas tu et sepe  
respondebant illis quod queritur credentes ex  
modo loquendi confessorum quod illud non impu  
tetur ad culpam sed ad laudem. ¶ **D**ecimaquinta  
sciat confessio generalitates istas esse et similes  
fuerint unquam tibi quo cognosti te in societatibus

famulorum aut sociorum & specialiter in lecto  
si sic audisti unquam malum ut sepe fit loqui tibi de  
impudicitia & mulieribus si sic loqueraris tu si  
militer & si mala desiderabas si sic verum volue-  
rit unquam alter quod tangeres eum in honeste vel ipse  
te si sic processus fiat vltior sub relamine tali  
quod intelligat an commissa fuerit ibide mollices  
sive pollutio. Et hoc peccatum bene committitur  
etiam ante pubertatis annos ymmo semper im-  
putatur in vigilia dum complete transit delec-  
tatio. ¶ Decimasexta poterit confessor dum in  
honeste loquendum erit dicere amice non cures  
silo quod turpiter quoniam oportet omnia in co-  
fessione dicere longe aliter dicerem aut certe file-  
rem extra confessionem. Et dicantur talia satis  
constanter & quasi prestanter. aut quod non repu-  
tantur ita grauia nec aspiciatur fixe vultus pec-  
catoris. sed diuertat confessor vultum quasi non  
curans aut fere narrans fabulam dicendo sic.  
Ego bene video tu fecisti sic & sic obsequenter ergo  
dic totum in nomine domini. Ego tibi indulgeo si  
non aliter feceris. Et si diceres omnia mala mu-  
di non inde peius haberes dic audacter ymmo  
a queri poterit. si velit ut super omnibus diligenter  
interrogetur. si sic sub inferatur quod ergo di-  
cat in omnibus veritate. ¶ Decimaseptima. Acci-  
dit aliqui licet sit rauissimum sic apud circumspectum

et prouidum confessorem q̄ aperiuntur quedā  
sp̄s peccatorum carnis. aut quedam circumstā  
cie tales. quarum peccator non est cōscius aut  
culpabilis. **E**t hinc forte scandalizabit vel doce  
bitur dēmēps agere similia. licet p̄ certo nō vi  
deamus ita esse timēdū. quēadmodū aliqui  
eradunt. nec tantumdem q̄ propter hoc debet  
obmitti diligens inquisitio peccatorum. vñiam  
mala a pueris & alijs tam diligēt cōfiterentur  
q̄ sc̄iuntur & aguntur ab eis. nec inquirenda ēē  
indicam⁹ quasi nesciant. **S**ed quia forte ea nō  
tam graūa esse credunt q̄tum sunt apud deum  
aut q̄ aliter nolūt manifestare ea. Attamē in  
hoc casu debet cū summa detestacōne peccatū tale  
damnari. quasi non caderet etiam in hominem  
tale aliquid agere. **S**ed q̄ illud dicebatur ad  
experiendū discrecōnem peccatorum. An sciat  
distingue inter ea que fecisset et non fecisset.  
Sunt enim quidā male respōdentes affirmant  
sc̄z ad omnia que confessor interrogat. **V**ecī  
maoctaua p̄gat confessor ut diximus a genera  
lioribus ad specialiora. a min⁹ turpibus ad tur  
piora et quasi a causis ḡnalibus ad effect⁹ cāz  
speciales. ut habito q̄ aliquis conatus fuerit se  
aut aliū sociū luxuriose attractae. querae q̄dū  
& q̄ sepe & cū quot accidit. & a quanto tpe in tō  
vita. **E**t si aliqui erant de suo genere & finaliter

in qua pte corporis completa est libido sua vel  
alterius. **D**enum ad alteram huiusmodi peccati  
speciem peorem successive poterit inquisitio per  
transire. **D**ecimanona congruit prout exper-  
tus sum q̄ pueri et adolescentes masculi prius in  
tempore gentilium modo dicto de cohabitacione sociorum  
et famulorum tanquam de his que prima facie mi-  
nus horrent quia minus insolita sunt. Postmo-  
dum queratur de cohabitacione mulierum. Et  
primo si unquam in etate quinque vel sex annorum  
vel eo circa iacuerunt cum ancillis sicut mos est  
puerorum. **C**onsequenter hortanda sunt non  
solum de ancillis sed et in genere proximiori ad  
qualia non descenditur nisi quasi subito et a late  
dicendo sine mutacione vultus. **O**bserve video  
tu similiter fecisti cum talibus et talibus. **E**t si  
sic ut heu sepe fit. p̄us quam dearticuletur aliquid  
amplius fiat practica consideracionis unde tunc  
procedentis de collaudando peccatorum dum peccatum  
apperuit. Postmodum suadeatur pro bono suo  
uelle dicere circumstatias omnes in particulari sicut de an-  
cillis predixit ostendendo quod pudor ille ad magnum me-  
ritum sibi cedet futuraque operabit osciet tuncillitate. Ex  
quo nunquam alteri deinceps reuelare copuletur.  
**I**stimo autem quod feminis ouerto ordine faciente sunt inter-  
rogaciones p̄us scilicet de cohabitacione mutua secundum.  
**P**ostmodum cum vis a puero habere expiari tole non habeo

**¶** Vicefima reprehēdet forte aliq̄s audaciā hāc  
confessor̄. qui talia presumant apire. que vir-  
cente credibilia sunt. et fere incogitabilia. nisi ab  
expertis aut aliiūdē dōctis. **Sentiat** alius quod  
voluerit. ego corā deo testor me plures talibus  
remedijs induxisse ad cōfessionem. q̄ fatebamē  
nūq̄ etiā in articulo mortis fuisse talia dicturos  
cūcūq; laudabant tamē deum totis visceribus  
gratias agētes. q̄ ita se apperuerant quidam et  
paucissimi reticere volebant aliquī. **Sed** tandem  
redierunt fatentes illusionem esse demonis q̄  
daudere os semel apertum. rursum satagebat.  
**Aliquādo** iam cōfessi ppter obmissionem huī  
interrogacōm̄. rursum ad cōfitendum induci  
aptum michi fecerunt iudicium. q̄ necessaria sit  
huīusmōi inquisicō. **¶** Vicefima prima iudica  
bit aliquis se talia vel nescire vel nolle inquire  
quia forte est ut cyrurgicus timidus et ierptus  
pallescens aut spasmus patēs in aspectu fedor̄  
dirorūq; vulnerū. **Fatebor** cautelam esse neces-  
sariam et nō leuit debere fieri descendū ad illa ab  
hominanda. nisi confessata pcedentia videantur  
velut inferre talem cōfusionem. **Quod** si quis  
nesciat uti cautela tali dimittat cōfuso. ne et fibi  
noceat et peccatorēm si semel negauerit neq; de  
prehensis fuerit scandalizet et viri in futurū cūcī  
queat. quale vero debeat vniuersale remedium

readi apud omnes. nōdnum scio quoniam p̄e  
dicātōes generales non sufficere satis puto  
In hac tamen interim sim sententia q̄ tales ca  
fus secreti p̄ puulis quo tuorē decim annorum et  
infra. et pro mulieribus neq̄q̄ reseruari debent  
Alioq̄n nō video q̄n multū ex hoc defectu confessio  
nis integrē pditū sūnt. Ad nullōs vere amplius  
q̄ ad platos spectat remediū etiam dāmannans si  
claudat regnū celoz. aut p̄ negligētiā. aut p̄  
hmōi rigidiorē obseruatō; occultoz. **V**icesi  
ma secunda r̄ideretur saltem expediēs q̄ in q̄li  
bet cura nobili cuātus si discret⁹ esset. aut aliis  
loco sui vicin⁹ aut coadūtor ordinaretur quasi  
penitenciarius in talibus et circa tales. esset in  
super diligens audire confessiones paruulorū  
inuenum quocunq; tpe vellet si vacare posset  
euocando nunc vñū nūc alium q̄ p̄fecte etatis  
homines ad hoc forte non possent induci. prouī  
deret tamen quomodo caute et circumspēte am  
bularet qui talis esset ne culpabiles et seducen  
tes hmōi puulos p̄sequerent eū directe v̄l' m̄di  
recte p̄ maliciā exq̄fitas et forte ḥsingēdas per  
paruulos. q̄q̄ securitas maxima circa hoc ess;  
puritas oscie et intencōmis et q̄ neq; verbo neq;  
singno quomodo libet reuelaret que dicerentur  
et ad nō reuelandū vijs omnib; induceret neq;  
daēt pmāz p̄ quā possent puuli de quoq; notai

apud eos circa quod couersantur. Deniqz et  
hoc melius videtur habere plures confessores  
minus discretos in penitencis iniungendis. q  
reservando casus multos discretis paucis. et ad  
hoc hominem dicere pudore cogente ne talib;  
paucis oſiteat in etenū ſic tolleabilius eſt finire  
penitentia in purgatorio q ut infinita patientia in  
inferno. ¶ Viceſimaticia emanat aliqui in ſacdote  
ſcripul⁹ ſup oſeſſione pccoris q nō dixit oia. et  
hoc habet. vel quia ſcīt aliud p oſeſſioz vel q te  
net c̄ta pncipia ex iā oſeſſatis q tale pccm omi  
ferit. aut alijs modis quo caſu vel remittat pe  
catorē pro auſando ſe ut dictum eſt. Vel ſi  
absoluat predicit ſepiuſ iterum et iterum q ſi  
celat aliquid. confeffio ſua et abſolutio penitus  
inualida eſt et irriſoria. Dici deniqz poterit ut ſi  
mallet alteri conſiteri. pergaſ in nomine dñi. ta  
tummodo fiat integra cofeffio ſua. Sufficit hoc  
nec aliud exqzit a redat ſi velit alias cū puiſioe  
meliori. ¶ Viceſimaquarta petat cofeffor a pccō  
re ſi xpoit ap̄li⁹ abſtine cū auxilio dei deinceps a  
pccis. Itē ſi caret odio coñ alii. Itē ſi vult rea  
lit dū poteit alienū restituē. Itē ſi occasioes cer  
tas pccoz vitaē xpoit ut oſubiatū et vſuas et ſi  
milia. Si aliqd iſtoz defuerit. nō val; abſoluto  
neqz tradi debet ſi hoc peccator fateatur. Suade  
atur tamen agere interim bona que poterit ut

I

de illuīet cor ipius. Itē dixi de ēuocatōe seduc  
toꝝ maloſilīs & moſibꝝ p eū & diffamatorꝝ iuſ  
te & ſimilibꝝ nō req̄ēdo tñ vlt̄ illud qd̄ reſimi  
liſ ſie pōt ad talia reparāda. **N**iceſimaquāta  
mūgat oſfeso; pmāz nō alia ꝑ de oſefu pccoris  
& de qua ſperet iple cō; n forte pccā eſſent publi  
ca & ſcādalosa. p qbꝝ ad reparacōe cogi debēt  
iūtꝝ. Ceterꝝ pōt aliquī daē pmāz de nō pccāndo  
tali vñ tali criminie p certū tēpꝝ futurꝝ ſb pñi aliq  
vñ pecūaria vñ corpali efficacit̄ ſoluēda aut ſb  
debito redeūdi ad oſfessiō; inſra biuū pꝝ ppet̄  
cōe delicti aut aliqud hmōi omoueat tñ ipē oſef  
ſus ne pmāz hāc aut alia quālibꝝ acceptꝝ ſi non  
ea pponat ſe firmit̄ ipleturꝝ. Agnoueit enī ſe in  
purgatioꝝ ꝑ i hoc mūdo gūꝝ oia ſoluturꝝ. Cete  
rū de zelādo pmāz ſuā & ea q̄ in oſfessiōe acta dic  
taq; fuerit & de nō respōdeo ea cuiōe iterroga  
tibꝝ moneat. Demiq; reliq multa tēdi potuerat  
quoꝝ nōnulla iā oſcripsi pñm latī eloq̄o. pñm  
in gallico i varīs tēdatul. Et alij doctoēs lōge  
amplioā utilioāq; & vñ. Nec interi pro ſua bre  
uitate ne fastidio ſint ſufficiāt. Et q̄ ſi quis ad  
opꝝ hoc ſalubere iū bona fide pceſſeit ille plus  
eſcēdo & orādo ꝑ legēdo erudit̄ atq; pficiet.

**E**t ſic eſt finis huius Tractatuli. ac